

OBSER-
VARET
OS EIVS.
Cassiodor.

Iterum ibidem: vultus, quot animi motus sunt, tot significationes & commutationes potest efficere. Cassiodorus verò libro de anima cap. 16. Facies ipsa, inquit, quemadmodum prudentia patefacit indicia, in effigiem nostram exiit occultæ cogitationes: Et ex hac parte cognoscitur qualis intus animus volūtate versetur.

A. Gellius:

Vultus siquidē noster, qui à volūtate nominatur, speculum quoddam est animæ suæ, & quod evidētissimè declaratur. Gellius Noct. Attic. l. 1. cap. 9. vultus inspectionis meminit, quam à Pythagoræis vsurpatam refert. Ordo, ait, atque ratio Pythagoræ ac deinceps familia successione eius, recipiendi institutiūque discipulos, huiuscemodi fuisse traditur. Iam à principio adolescentes, qui se ad discendū obrulerant, ἐπιστοργαμίνοι. Id verbum significat mores naturalsque hominum coniectatione quadam, de oris & vultus ingenio, deque totius corporis filo, atque habitu sciscitari. Eundem Pythagoram ob id vitium exulium in domo Milonis Crotoniatæ à quodam, qui ab eo repulsam passus erat, quod ex oris coniectatione minis aptus ad Philosophiæ studia videretur, refert Cælius l. 10. cap. 47. Cicero l. 4. Tullius narrat, cum multa in conuentu vitia collegisset in Socratem Zopyrus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisum esse à cæteris, qui illa in Socrate vitia nō agnoscerent: ab ipso autem Socrate subleuatum, cum illa sibi vitia inesse, sed ratione à se deiecta diceret. Phraotes item cuiusdam in India prouinciæ Rex, apud Philostratum l. 2. cap. 9. vitæ Apollonij, eundem Apollonium docet, apud Indos, adolescentes Philosophiæ candidatos à quibusdam, qui norint de sola vultus contemplatione mores ingeniumque pernoscere diligenter explorari: oculos namque, supercilija, & genas studia hominum prodere, nec secus quam speculum quicquid intus lateat eruditorem oculis subicere. Est igitur Physiognomia Manticæ pars ea quæ ex ore, omniumque membrorum facie, motūque ac filo hominum mores coniectat: Et qui hanc diuinandi artem profitentur, Physiognomones appellantur. In quo genere primi habentur metoposcopi, ex facie legentes & diuinantes. Iuuenalis,

ἐπιστοργαμίνοι.

Cælius Rhod. Cicero.

Philostat:

Iuuenalis:

---frontemque manūque

Præbelis rotati cerebrum poppyssimaroganti.

Heli certè non oris lineamenta, aut vultus naturalem conformationem inspiciebat, sed præsentem ipsius habitum, colorem motūque, vt quæ viderentur à mente sobria & tempestante aliena, speculabatur. Hic sensus Scripturæ.

Textus explicatur.

Tertullian.

Interim tamen non possum non mirari, quomodo id potuerit obseruare Pontifex, siquidem velata erat capite, vt olim fœminæ consueuissent creduntur. Tertull. certè l. de corona militis cap. 4. apud Iudæos tam solemnè est fœminis eorum velamen capitis, vt inde noscantur, ait. Verum an sic caput obnuberent, vt etiam facie lætarentur, non ita certum est, nec id affirmat Tertull. sed in exemplum eius

OBSER-
VARET
OS EIVS.

rei aliunde ex Arabia mulieres Ethnicæ commemorat. Nam de Romanis Horatius, lib. 1. Satyra 2.

Matrona, præter faciem nil cernere possis.
Et iterum de eisdem.

Ad calos stola demissa, & circumdata palla:

Plurima, quæ inuideant purè apparere tibi rem.

Quoniam autem & hunc morem Apostolus à fidelibus fœminis obseruari voluit 1. Cor. 11. qui tamen longa desuetudine à pluribus continentur, nec modum velaminis satis apertè præscripsit, proferam Tertulliani de vtroque sententiam: & quod ea lex longa temporis intercapedine antiquari non potuit: Et quis tandem esse debeat veli modus, atque circumferentia. Ille igitur libro de velandis virginibus cap. 1. Vt mulieres vellentur, hoc inquit exigere veritatem, cui nemo præscribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non priuilegium regionum. Ex his enim fere consuetudo initium ab aliqua ignorantia & simplicitate sortita, in vsum per successionē corroboratur, & ita aduersus veritatē vindicatur. Sed Dominus noster Iesus Christus veritatē se Ioan. 14. non consuetudinem cognominauit. De velaminis autem mensura, atque amplitudine hæc habet, cap. 17. Sed & vos admodum (ad coniuges loquitur) alterius pudicitia mulieres, (virgines enim antea alloquebatur) quæ in nuptias incidistis, nē sic à disciplina velaminis exolescatis, ne quidem in momento horæ, vt quia reicere illam non potestis, alio modo destruat, neque tectæ, neque nudæ incedentes. Mitris enim & lanis quædam non velant caput, sed conligant, à fronte quidem protectæ: quæ propriè autem caput est, nudæ. Aliæ modicè linteolis, credo ne caput premant, nec ad aures vsque demissis cerebro tenus operiuntur. Misereor si tam infirmo auditu sunt, vt per tegmen audire non possint. Sciant quia totum caput mulier est. Limites & fines eo vsque porriguntur, vnde incipit vestis. Quantum resoluti crines occupare possunt, tanta est velaminis regio, vt ceruices quoque ambiantur. Ipsæ enim sunt quas subiectas esse oportet, 1. Cor. 11. Propter quas potestas supra caput haberi debet. Velamen iugum illarum est. Iudicabunt vos Arabiæ fœminæ Ethnicæ, quæ non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, vt vno oculo liberato, contentæ sint dimidiam frui lucem, quam totam faciem profiteri. Et iterum ibidem. Nobis Dominus etiam reuelationibus velaminis spatia metatus est. Nam cuidā sorori nostræ Angelus in somnis ceruices quasi applauderet verberans, Elegantem, inquit, ceruices, & meritò nudæ. Bonum est vsque ad lumbos à capite veleris, ne & tibi ista ceruicum libertas non proficit. Et vti que quod vni dixerit, omnibus dixerit. Quantam autem castigationem merebuntur etiam illæ, quæ inter Psalmos, vel in quacunque Dei mētionē relectæ perseverant? Meritōne etiam in oratione ipsæ facillimè simbriam aut villum, aut quodlibet filum cerebro superponunt, & tectas se opinantur? Tanti caput suum metiuntur. Aliæ quibus planè maior est palma omni

Mulieres velo caput obnubunt.

Velaminis
quanta esse
debet re-
gionis.